Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

exo

XXXV

Hinc consrecata omnis turba filiorum israel dixit moyses ad eos. Hec sunt que iussit dominus fieri. Sex diebus fabricetis opera. Septimus dies erit uobis sanctus: sabbum requies domini. Qui fecerit in eo opus occidetur. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis uestris die sabbi. Et ait moyses ad omnem cateruam filiorum israel. Iste est sermo quem precepit dominus dicens. Separate apud uos primicias domino. omnis uoluntarius et pronto animo offerat eas domino. Aurum et argentum et es. iacinctum et purpuram. coccum et bis tinctum et byssum. pilos capraruum et pelles arietum rubricatas et iacinctinas. lignum sethim et oleum ad luminaria concinnanda et ut conflent unguenta et thymiama odore suauissimum. Lapides onichinos et gemmas ad ornatum sethimeralis et ronalis. Quisquis uestrum est sapiens uenat et faciat quod dominus imperauit. Tabernaculum. s. et tectum eius et operimentum. amulos et tabulas cum uectibus paxillos et bases. archam et uectes propitiatorium et uelum et ante illud appenditur. Mensam cum uectibus et uasis et poscomis panis. Candelabrum ad luminaria sustentanda uasa illius et uenas et oleum ad luminaria. Altare thymiamatis et uectes oleum unctionis et thymiama aromatibus. Tentorium ad hostium tabernaculi. altare holocausti et craticulam eius eneam cum uectibus et uasis suis. labrum et basis eius. Cortinas atrii cum columpnis et basibus. tentorium in uestibulo atrii. Paxillos tabernaculi et atrii cum funiculis suis. Vestimenta que usus est in ministerio sanctuarii. Vestes aaron sacerdotis et filiorum eius ut sacerdotio fungantur. Egressa que omnis multitudo filiorum israel. de conspectu moysi. obtulerunt mente prompta. atque deuota primicias domino. ad faciendum opus tabernaculi testimonii. Quidquid ad cultum eius et ad uestes sanctas necessarium erat. uiri cum mulieribus prebuerunt armillas et inaures. anulos et dextralia. omne uas aureum in donaria domini separatum est. Si qs habuit iacinctum et purpuram. coccum et bis tinctum. bissum. et pilos capraruum et pelles arietum rubricatas et iacinctinas. argentum et auri et eris metalla obtulerunt domino. Lignum que sethim in uario usus. Sed et mulieres docte dederunt que uestia erant. Iacinctum. purpuram et uermiculum et bissum. at pilos capraruum sponte. pria tincta tribuentes. Principes uero multitudinis obtulerunt lapides pretiosos. onichinos et gemmas sethimeralis et ronalis. aromata que et oleum ad luminaria concinnanda et ad ungendum unguentum. ac thymiama odoris suauissimi componendum. Omnes uiri et mulieres. mente deuota obtulerunt donaria. ut fierent opera que mandauerat dominus per manum moysi. cunctis filiis israel uoluntarie